Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Illvstrivm Virorvm Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Hieronymus Ricius, Pauli Ricii Israelitaesilius [...]

urn:nbn:de:bsz:31-270838

Visual Library

Principũ diligentiã, requiro Chriſtianorũ & præſertim Germanorũ zelũ. ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ἀνὴρ, μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον. Iam audio, etiã ſi diis placet Pepericornũ, cũ quo ſæpe mihi tuo noĩe Coloniæ res fuit, ex ſcelerato Iudæo ſceleratiſſimũ Chriſtianũ, ſi mõ talia portẽta hoc noĩe digna ſint, librũ edidiſſe lingua germãica, in quo tũ in oẽs literarũ cãdidatos, tũ in te & Eraſmũ proceres & literarum numina mirifice bacchet̃, quẽ equidẽ fuſtibus, lapidibus, & carnifice, nõ libris uiciſſim cẽſeo arguendũ. O mores noſtri ſeculi, quod talia mõſtra fert. Hic γραμματοφόρος putauit meã cõmendationẽ apud te literarũ noĩe aliquid ualiturã, quare tuã humanitatẽ etiã atq; etiã rogo, ut ne ſua ſpe fraudet̃, ſentiatq; ſe à me ex aĩo cõmẽdatũ, eſt probus, & tũ oĩm doctorũ, tũ tuæ & Eraſmicæ eruditiõis mirus admirator. Peto præterea, Buſchium tuum per literas admoneas ut me amet. Vale. Suollæ.

Hieronymus Ricius, Pauli Ricii Iſraelitæ filius, adoleſcens, Ioanni Reuchlin Phorcenſi S.D.P.

QVONIAM parũ refert uir ſpectatiſs. non uidiſſe oculis, quẽ celebri fama cognouimus, nihil terreor ſi tibi tanq̃ fama ferente cognito ſcribã, quo cũ præſens nihil unq̃ cõicauerim, & potiſſimũ ubi occaſio eſt literas ad te dãdi. Occaſionẽ aũt attulit clariſſimus uir Cõradꝰ Peutinger, qui lĩas tuæ dñationis ad ſe datas perq̃ elegãtes & doctiſſimas mihi lectitandas tradidit, ut ex eiſdẽ intelligerẽ, q̃ præclare de parẽte meo & loquaris & ſentias. Id quod cũ uidiſſem me miro affecit gaudio & uoluptate. Quid enim poteſt eſſe iucundius, quid ue præclarius? q̃ ab illis probari qui ſunt omnium laudatiſſimi. Eſſem Hercle mortalium omnium ingratiſſimus, niſi forem tibi perpetuis temporibus cũ omni humilitate dedicatiſſimus, niſi ingenium & uires tibi meas omneis deberem · quæ tibi uiro præſtantiſſimo intimo cordis affectu deuoueo. his omne in tempus ad nutum impera, eiſq; utere. Cæterum quem tantopere exoptas Portarum lucis libellum, tibi his adnexum literis mitto, & munere trado. Vale literarum decus & ſplendor. Vale fœlix æthernum. Ex Auguſta, præcipiti calamo. XX. Auguſti. Anno M. D. XVI.